splendido bonorum colore factorum. ac quedam emulatione
uirtutis in se uideatur exprimere. Magnificat autem anima
marię dominum. et exultat spiritus eius in deo. eo quod et anima et
spiritu patri filioque deuota. unum deum ex quo omnia. et unum dominum
per quem omnia. pio ueneretur affectu. Sed marię quam persona
melior. eo prophetia plenior. Nec otiosum uidetur quod et
ante iohannem elisabeth prophauit. et maria ante domini
generationem. Serpunt enim iam temptamenta salutis
humanę. Nam sicut peccatum a mulieribus cepit. ita et bo
num a mulieribus inchoatur. ut feminę quoque muliebria
opera deponentes infirmitati renuntient. et anima
quę non habet sexum. ut maria quę nescit errorem. religi
osi imitetur studio castitatis. Mansit autem maria cum illa
tribus mensibus. et reuersa est in domum suam. Bene in
ducitur sancta maria et exhibuisse officium. et mysticum
numerum custodisse. Non enim sola familiaritatis est
causa quod diu mansit. sed et tanti uatis profectus. Nam
si primo ingressu tantus processus extitit. ut ad salu
tationem marię exultaret infans in utero. repleret
ur spiritu sancto mater infantis. quantum putamus usu tanti
temporis sanctę marię addidisse presentiam. Mansit autem ma
ria cum illa tribus mensibus. Vnguebatur itaque. et quasi bo
nus athleta exercebatur in utero matris propheta. Amplis
simo enim uirtus eius certamini parabatur. Denique tam
diu mansit maria. quamdiu elisabeth pariendi tem
pus impleret. Quod si diligenter aduertas. inuenies hoc
nusquam positum nisi in generatione iustorum. Denique im
pleti sunt dies ut pareret maria. impletum est tempus ut
pareret elisabeth. impletum est uitę tempus. cum sancti uiri
ex hoc uitę curriculo demigrarent. Plenitudine